Colᵉ. 2, 33 linhas Inc 1459 174

❡Annei Lucii Senece de quattuor uirtutibus
Liber incipit.

q Vatuor uirtutum ſpecies multoꝝ ſapientum ſen
tentiis diffinite ſunt : quibus humanus animus
comptus ad honeſtatē uite poſſit accedere. Ha/
rum prima eſt Prudentia:ſecunda magnanimitas: tertia
cōtinentia:quarta iuſtitia. Singule igitur his officiis que
ſubter annexa ſunt honeſtū ac morigeratū uirū efficiūt

❡De Prudentia.

Viſqꝫ ergo Prudentiā ſequi deſideras tunc per
q rationē recte uiues:ſi oīa prius exiſtimes & per
penſes:& dignitatem rebus nō ex opinone mul
torum: ſed ex eaꝝ natura conſtituas. Nam ſcire debes:
quia ſunt que uidentur bona eſſe & nō ſunt: quedā uero
nō uidentur bona eſſe & ſunt. Quecunqꝫ aūt ex rebus
trāſitoriis poſſides nō mireris:nec magni exiſtimes qđ
caducum eſt:ne apud te que habes tanq̄ aliena ſeruabis:
ſed pro te tanq̄ tua diſpenſes & utaris. Si prudentiā am/
plecteris ubiqꝫ idem eris: & prout rerum & tpis uarietas
exigit ita te accōmodes tempori:nec te in aliquibus mu
tes ſed potius aptes:ſicut manus que eadem eſt & cū in
palmā extenditur:& cum in pugnā aſtringitur. Pruden/
tis eſt examinare cōſilia & non cito facili credulitate ad
falſa probari. De dubiis non diffinias ſed ſuſpēſam tene
ſnīam. Nihil affirmes quia non omnis uerиſimiliter ſta/
tim uerū eſt:ſicut & ſepius qđ primū īcredibile uidet̄ nō
cōtinuo falſum ē:crebro ſiquidē faciem mendacii ueri/
tas retinet. Crebro mendacium ſpecie ueritatis occulitur.
nam ſicut aliquando triſtem frontem amicus & blandā
adulator oſtendit:ſic uerиſimiliter colorat̄ & ut fallat uel
ſurripiat conatur. Si prudens eſſe cupis in futura proſpe
ctum intende:& que poſſint contingere animo tuo cun/
cta propone. Nihil tibi ſubitū ſit:ſed totum ante proſpi/

cias:nam qui prudens eſt nō dicit:non putaui hoc fieri:
quia non dubitat ſed expectat:non ſuſpicat̄ ſed cauet·Cu
iuſcūq; cauſam requirere:& cū initia inueneris exitū co/
gitabis·Scito in quibuſdā te ꝑſeuerare debere: quia cepi/
ſti:quedam uero nec incipere in qbus ꝑſeuerare eſt noxi
um·Prudens fallere non uult:nec falli poteſt· Opiniones
tue iudicia ſint·Cogitationes uagas & uelut ſomnio ſil'es
non recipies:quibus ſi animū tuum oblectaueris cū oīa
diſpoſueris triſtis remanebis:ſed cogitatio tua ſtabilis ſit
& certa:ſiue deliberet:ſiue querat:ſiue contemplet̄:nō re/
cedat a uero·Sermo quoq; tuus nō ſit inanis : ſed aut ſua/
deat:aut moneat:aut conſolet̄:aut precipiat·Lauda parce·
uitupa parcius·Sil'iter enim reprehenſibilis eſt nimia lau
datio ut īmoderata uituperatio:Illa ſiqdē adulatione: iſta
malignitate ſuſpecta eſt.Teſtimoniū ueritati nō amicitie
reddas·Cum conſideratione promitte· plenius q̄ ꝓmiſe/
ris preſta·Si prudens es animus tribus tp̄ibus diſpenſet̄:
prȩſentia ordina:futura prouide:preterita recordare· Nā
qui nil de preterito cogitat perdit uitam: qui nil de futu/
ro premeditat̄ in oīa incautus incidit· Propone autē aīo
tuo & mala futura & bona:ut illa ſuſtinere poſſis:iſta mo
derari·Non ſemper in actu ſis:ſed interdū aīo tuo reqem
dato:ut requies ipſa pena ſit ſapientie ſtudiis & cogitatio
nibus bonis·Nam prudens nunq̄ ocio marcet: aliquādo
animū remiſſum habet nunq̄ ſolutum· Accelarat corda
perlixa expedit dura mollit:ardua exequat̄.Scit enim qd
qua uia aggredi debeat:& cito ſingula & diſtincte uidet·
Conſilia preteritoꝝ ex apertis obſcura eſtimat:ex paruis
magna:ex proximis remota·ex partibus tota·Nō te mo
ueat dicentis auctoritas:ne quis:ſed quid dicat intendito·
nō q̄ multis ſed q̄libus placeas cogita ·Id quere qđ poſſis
inuenire·id diſce qđ poſſis ſcire·id opta qđ optari coram
bonis pōt·nec altiori te rei imponas in qua ſtanti tibi tre

mendū:deſcēdenti cadendū eſt·Tunc cōſilia ſalutaria ti/
bi aduoca cū tibi alludit uite huius proſperitas tunc te ue
lut in lubrico retinebis ac ſiſtes· Nec tibi dabis impetus
liberos ſed circumſpicies quo eundū ſit & quouſq;·

De Magnanimitate·

m Agnanimitas uero que & fortitudo dicit̃ ſi mi/
ſit animo tuo cū magna fiducia uiues liber·intre
pidus·alacer·Magnū humani animi bonū eſt nō treme
re ſed conſtare ſibi & finem huius uite intrepidū expe/
ctare·Si magnanimus fueris nunq̄ indicabis tibi contu/
meliā fieri de inimicis:dices non nocuerūt mihi ſed ani
mū nocendi habuerunt·Et cū illos in poteſtate tua uide/
ris uindictā putabis uindicare potuiſſe· Scito enī magnū
uindicte genus eſſe ignoſcere·Neminem ſuſurro appetas
Neminem ſuffodias·palam egredere · Non geres confli
ctum niſi indixeris:nam fraudes & doli imbecillū decēt
Eris magnanimus ſi pericula nō appetas ut temerarius:
nec formides ut timidus:Nam timidum nō facit animū
niſi reprehenſibilis uite conſcientia·

De Continentia·

Ontinentiam uero ſi diligis circumcide ſuper/
c flua & in arctum deſideria tua conſtringe·Con/
ſidera tecum quantum natura poſcat:non quan/
tum cupiditas expetat.Si continēs fueris uſq; eo premes
ut te ipſo contentus ſis:nam qui ſibi ſatis eſt cum diuitiis
natus eſt·Impone concupiſcentie tue frenum· Omniaq;
blandimenta que occulta uoluptate animum trahunt reii
ce.Ede citra cruditatem: bibe citra ebrietatem· Obſerua
ne in conuiuio uel in qualibet uite cōmunitate quos imi
taberis damnare uidearis· nec preſentibus delitiis inhere
bis·nec deſiderabis abſentes· uictus tibi ex facili ſit : nec
ad uoluptatem ſed ad cibum accede· Palatum tuum fa/
mes excitet non ſapores · Deſideria tua paruo redime

quia hoc tantum curare debes ut deſinant: atq; ita quaſi ad exemplar diuinum compoſitus a corpore ad ſpiritū quantum potes adducere. Si continentie ſtudes: habita non amene ſed ſalubriter. Nec dominū notum eſſe uelis a domo: ſed domū a domino. Non tibi affingas quod eris. nec quod es magis q̄ es uideri uelis. Hoc magis obſerua ne paupertas tibi īmunda ſit: ne parſimonia ſordida: nec ſimplicitas neglecta: ne leuitas languida. Et ſi tibi res īmunda ſit ne parſimonia ſordida: ne ſimplicitas neglecta: leuitas languida. Et ſi res tibi exigue ſunt: nō tamē anguſte: nec tua defleas: nec aliena mireris. Si continentiam diligis turpia fugito anteq̄ accedant. Nequaquam alium uereberis plus q̄ te. Omnia preter turpitudinē crede tolerabilia. A uerbis quoq; turpibus abſtineto: quia licentia eorum impudentiam nutrit. Sermones utiles magis q̄ facetos & affabiles ama: rectos potius q̄ obſecundantes. Miſcebis interdum ſeriis iocos: ſed temperatos & ſine detrimento indignationis & uerecundie: nam reprehenſibilis riſus eſt ſi īmodicus: ſi pueriliter effuſus: ſi muliebriter fractus. Odibilem quoq; facit riſus: aut ſuperbum & elatus aut malignus: aut furtiuus: aut alienis malis euocatus. Si ergo tempus iocos exigit: hos quoq; cū dignitate ſapientie gere: ut te non grauet quicq̄ tanq̄ aſperum: nec cōtemnat tanq̄ uilem. Non erit tibi ſcurrilis ſed grata urbanitas. Sales tui ſine dente ſint: ioci ſine uilitate: riſus ſine cachino: uox ſine clamore: inceſſus ſine tumultu. Quies tibi non deſidia ſit. Et cum ab aliis luditur: tu ſancti honeſtiq; aliquid tractato. Si continēs es adulationes euita: ſitq; tibi tam triſte laudari a turpibus q̄ ſi lauderis ob turpia. Letior eſto quotiens diſplices malis: & malorum de te exiſtimationes prauas ueram tibi laudationem conſcribe. Difficillimū continentie opus eſt. aſſentationes adulatoꝝ repelle: quoꝝ ſermones animū quadā

uoluptate reſoluunt·Nullius per aſſentationem amicitiã merearis:nec ad tuam promouendam per hanc aditum aliis pandas·Non eris arrogans· non audax· Submittes te nõ proiicies grauitate ſeruata·Admoneberis libenter· reprehenderis patienter· Si merito te obiurgauit aliquis ſcito quia profuit· ſi imerito ſcito quia prodeſſe uoluit· Non acerba ſed blanda timebis uerba· Eſt uitioꝝ fugax ipſe:alioꝝ uero nec curioſus ſcrutator : neq; acerbus re/prehenſor:ſed ſine exprobratione corrector : ita ut am/monitõnem nihil:hilaritatem premas:& errori facile ue niam dato·nec extollas quenq̃ nec eiicias·Dicenti eſt ta citus auditor:audienti promptus receptor.Requirenti fa cile reſponde·Contẽdenti facile cede·Nec iniurgia exer citationeſq; deſcondas·Si continens es & animi tui mo/tus & corporis obſerua ne indecori ſint· Nec ideo illos contemnas quia latent:nam nihil differt ſi nemo uideat cum ipſe illos uideas· Mobilis eſto non leuis : conſtans non pertinax alicuius rei ſcientiam te habere nec igno/tum ſit nec moleſtum·Omnes tibi pares facies ſi iuferio res ſuperbiendo non contemnas: ſi ſuperiores recte ui/uendo non timeas·In reddenda officioſitate neq; negli/gens neq; exactor appareas· Cunctis eſto benignus: ne/mini blãdus:paucis familiaris:omnibus equus· Seuerior eſt iudicio q̃ ſermone uita q̃ uultu· Vltor clemens:ſeuitie deteſtator·Fame bone neq; tue ſeminator:neq; aliene in/uidus.Rumoribus criminibus minime credulus:ſed po/tius malignis que per ſpeciem ſimplicitatis ad nocendũ aliquibus ſubrepunt oppoſitiſſimus· Ad iram tardus: ad miſericordiã pronus:in aduerſis firmus:in proſperis cau tus & humilis:occultator uirtutum ſicut alii uitioꝝ·Vane glorie contemptor & bonoꝝ quibus preditus non elatus oſtenſor·Nullius imprudentiam deſpicias · Rari ſermo/nis ipſe ad loquendum patiens·Seuerus ac ſeruis ſed hila

ris nō aſpernans. Sapientie cupidus & docilis. Que noſti ſine arrogantia poſtulanti impartiri. Que neſcis ſine oc/cultatione ignorantie tibi poſtula impartiri.

¶ De Iuſtitia.

i Vſtitie poſt hec opus eſt. Quid eſt autem iuſti/tia niſi nature tacita conuentio in adiutoriū multorum inuenta. Et quid eſt iuſtitia niſi non ſolū noſtra conſtitutio ſed diuina lex & uinculum ſocietatis humane. In hac non eſt quod eſtimemus quid expediat Expedit enim quicqd illa dictauerit. Quiſquis ergo hāc ſectari deſiderans: time prius deum ſi illum in hoc imitaueris ut uelis omnibus prodeſſe nulli nocere: & tunc te iuſtum uirū appellabunt omnes. ſequentur. uenerabuntur. & diligent. Iuſtus enim ut ſis non ſolum nō nocebis: ſed etiam nocentes prohibebis: nam nihil nocere nō eſt iu/ſtitia ſed abſtinentia alieni eſt. Ab his ergo incipe ut nō auferas & ablata aliis reſtitue ut ad maiora proueharis. raptoreſq; ipſos ne aliis timendi ſint caſtiga & cohibe. Ex nulla uocis ambiguitate controuerſiā nectes: ſed qualitatem animi ſpeculare. Nihil tibi interſit an firmes an iures. De religione & fide ſcias agi ubicunq; de ueritate tractat̄: Nam & ſi iureiurando deus nō inuocet̄ & nō inuocanti teſtis eſt: tamen nō tranſies ueritatem ne iuſtitie tranſies legem. Quod ſi aliquando contigerit mendacio uti: utere non ad falſi ſed ad ueri cuſtodiam. Et ſi cōtige/rit fidelitatem mendacio redimere nō mentieris: ſed po/tius excuſabis te: quia ubi honeſta cauſa eſt iuſtus ſecre/ta prodit: tacenda enim tacet & loquenda loqtur. Atq; il/li ita pax eſt & ſecura tranqllitas: dū alii a malis uinciunt̄ ab illo mala. Hec ergo ſi ſtudere curaueris letus & intre/pidus: curſus tui finem expectās proſpicies: triſtitia hu/ius mundi hilaris tumultuoſa quietus extrema ſecurus.

Quō haꝝ uirtutum ſit moderanda menſura·

¶De menſura Prudentie·

b Iis ergo inſtitutiōibus hec quatuor uirtutum ſpe
cies perfectum te facient uirum ſi menſura recti
tudinis earum equo uiuendi finem ſeruaueris·
Nam prudentia ſi terminos ſuos excedat:callidus & pa/
uendus cunctis eris inueſtigator latentiū & ſcrutator qua
liumcunq; noxarum oſtenderis notaberis timidus: ſuſpi
cioſus:attentus:ſemper aliquid querēs:ſemper aliquid cō
uincens:& qui ſubtiliſſimas ſuſpitiones tuas ad deprehen
ſionem alicuius impingas admiſſi mōſtrabis digito aſtu
plenus:uerſipellis & ſimiplicitatis inimicus:cōmēdatorq;
culparum:& ppſtremo uno nomine a cunctis malus ho
mo uocaberis·In has ergo maculas prudentia īmenſura/
ta perducet· Quicūq; in illa mediocri lance preſiſtit:nec
obtuſum in ſe habet aliquid nec uerſutum·

¶De moderanda Fortitudine·

m Agnanimitas autem ſi ſe extra modum ſuū ex/
tollat:facit uirum minacem·inflatum·turbidum
quietum.& in quaſcunq; excellentias dictorum
atq; factoꝝ neglecta honeſtate feſtium:qui momētis om
nibus ſupercilia ſubrigens ut beſtiarius etiam quieta ex/
citat alium ferit:aliū fregit·Sed q̄uis audax ſit impugna/
tor:tamen multa extra ſe ualentia ferre non poterit: ſed
aut miſerum appetit finem:aut erumnoſam ſui memoriā
derelinquit·Menſura ergo magnanimitatis eſt nec timi/
dum eſſe hominem nec audacem·

¶De modo Temperantie·

c Ontinentia deinde his terminis te aſtringat·Ca/
ue ne parcus ſis·ne ſuſpicioſe & timide manum
nō trahas:nec in minimis ſpeculam ponas· Nā
talis & tam circumciſa pudebat integritas· Hac ergo
mediocritatis linea continentiam obſeruabis: ut nec

uoluptati deditus:prodigus & luxurioſus appareas : nec auara tenacitate ſordidus aut obſcurus exiſtas.

¶ Quibus terminis ſit mutanda iuſtitia.

Vſtitia poſtremo eo mediocritatis tenore tenenda eſt:ne ductum iugiter leui immotam ſemper animi rationem neglig ētia ſubſequatur:dū neqꝫ de magnis neqꝫ de minimis errantium uitiis corrigendi curam geris:ſed licentiam peccandi:aut alludentibus tibi blande:aut illudentibus proterue permittis. Neqꝫ rurſum nimia rigiditate & aſperitate:nihil uenie aut benignitatis reſeruans ſocietati durus appareas. Ita ergo amabilis iuſtitie regula tenenda eſt:ut reuerētia diſcipline eius:neqꝫ nimia negligentie cōmunitate deſpecta uileſcat : neqꝫ ſeueriori atrocitate durata gratiā humane amabilitatis amittat.

¶ Concluſio predictorum.

¶ Si quis ergo uitam ſuam ad utilitatem non tantū propriam ſed & multoꝝ inculpabiliter aſciſci deſiderat hāc predictarum uirtutum formulam pro qualitatibus temporum:locorum:perſonarum:atqꝫ cauſarum recto tramite teneat:ut uelut in quodam meditullio ſummitatis inſiſtens:quaſi per abrupta altrinſecus precipitia : aut ruentē compos eſſe deuitet inſaniam: aut deficientem contemnat ignauiam.

¶ Explicit liber Senece de quatuor uirtutibus.

Inc
1459